

967

I C O D I C E S

968

*Hegenense* Collegium Can. Reg. in Dioec. *Wormat.* initia sumfit circa an. 1135. *Hegenebenfe* vero Coenobium O. Cist. in *Hassia* fortasse antiquius fuit. Utriusque tamen aetatem praestans hic *Codex*, ut dictum, longe excedit. Igitur adquisitionem tantum ab alterutro oportuit.

CCLXX. VII C. 26.

i83

Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 242. f. currente calamo scriptus complectitur sequentia: I. *Isidori Hispalens.* Ep. Scriptoris Sec. VII. Opus de *Nativitate Domini, Passione, Resurrectione, Regno atque Iudicio ad Sororem suam Florentinam.* Ad quam Praefatiuncula incipit: *Quedam que in diuersis temporibus in ueteris testamenti libris pre-nunciata sunt &c.* Opus ipsum: *Judei neperaria incredulitate christum dei filium abnegantes &c.* ultima ejus verba sunt: *quia thabernaculum dei sancti eius sunt, in quibus habitat in eternum.* Rectius certe, quam in *Jac. Du Breul* edit. *Opp. Isidori nostri Paris.* 1601. f. ubi lacinia p. 579. adfuta evidenter ad alium Tractatum, scilicet ad *Allegorias*, vel plane ad *Eucherii Lugd. Formulas spiritualis Intelligentiae* pertinet. Librarius noster adjecit: *Explicit liber ysidori Toletani.* Vide et *Cod. praeced.*

II. fol. 26. Incipit pharetra fidei christiane contra iniquos iudeos. Dialogus est inter *Ecclesiam* et *Synagogam* constans *Par-*

*tibus* II. quarum priore errores talmudici refutantur, posteriore constabatur religionis christianae veritas. Praefatiunculae initium est: *Acuite sagittas, implete pharetras ad prosternendas vulpeculas &c.* Libellum hunc in *Hispania* olim repertum, referente *Nic. Antonio Bibl. Vet. Hisp. T. II.* p. 261. typis dedit in 4. absque loci mentione *Gundisalv. Garfias a S. Maria.* Extat et *Lipsiae per Conr. Kachelouen* 1494. 4. Autorem *Hispanum* suspicatur *Antonius*, eo, quod neminem Patrum praeter *Isidorum Hispal.* citet; sed *Echardus* in *Scriptt. O. P. T. I.* p. 739. mavult illum *Gallum* et quidem Ordinis sui, ex illis *P. I. c. 9.* nobis *fol. 29. p. 2.* verbis: *Quare ergo non statim punitus fuit rex francie, qui non solum derisit sed etiam combussit omnes libros thalmuth in regno suo, et quare non fuerunt puniti fratres predicatorum, qui hoc ordinauerunt?* Dispiciat Lector adhibito tamen in Consilium *Cod. CCCLXV.* ubi Autor *Theobaldus O. P.* audit. Tempus scriptionis inde liquet, quod *P. I. c. 4.* nobis *fol. 28. p. 2.* dicantur *Judaei* jam *mille trecentis annis* clamare, ut de manibus Christianorum liberentur.

III. fol. 42. p. 2. Tractatus contra *Hussitas*, qui *Cod. CCCCXII.* indicatus, ibique in subscriptione foli *Petro de Pulka* tributus est, quique incipit: *Iussit Reuerendissima vestra Paternitas ac metuendissima dominatio &c.* hic sequenti gaudet clausula: *Explicit*

*plicit tractatus contra articulos huf-  
sitarum collectus In vniuersitate  
wien. ad instantiam Reuerendissimi  
in christo patris &c. domini pla-  
centini (Brandae Castillionei) pres-  
biteri Cardinalis Sacrosanctae Ro-  
mane ecclesie et apostolice sedis le-  
gati Per egregios Sacre theologie  
professores et Magistros Jacobum  
ord. predic. doctorem eiusdem car-  
dinalis, petrum Pucka (l. Pulka)  
et Bartholomeum de Ebraco ord.  
Cistercien. rescriptus In Essing  
(Coppido Bavariae in Ep. Ratisb.)  
Anno domini M<sup>o</sup> CCCCXXIIX<sup>o</sup>.  
feria quarta proxima post domini-  
cam iudica per Andream Boemum.  
Cod. suprac. scriptus dicitur  
1426. Jacobus Legati theolo-  
gus, ut reor, Zinedolus fuit Pla-  
centinus, cuius meminere Pet.  
M. Campus in *Hist. Eccl. di Pia-  
cenza* T. III. p. 194. et Quetifus  
in *Scriptt. O. P. T. I.* p. 771.  
Bartholomaeum vero Abb. Ebo-  
racensem in *Franconia*, unum ex  
10. Hussi iudicibus apud Car. de  
Visch in *Bibl. Scriptt. Cisterc.* p.  
32. reperies. Scriptum saepius  
recurrens. Adi *Indicem*.*

IV. fol. 90. *Tractatus de Cor-  
pore Christi*. Hujus initium: *Ue-  
nite comedite panem meum, et bi-  
bite vinum, quod miscui vobis.*  
Prov. 9. *His uerbis inuitat nos  
dominus ad salutare conuiuium &c.*  
Diuisus est in XXXII. five Capi-  
ta five Sermones breviores, et  
finit: *Et circumfluencia tempora-  
lium bonorum reſe meritoque con-  
tempnentur. Amen deo gratias.*  
*Explicit Tractatus multum bonus*

*de corpore christi. Est Thomae  
Aquinati Opusculum LVIII. in  
edit. Opp. Romae 1570. T. XVII.  
fol. 43. fed hic valde interpola-  
tum. Recurret et alibi.*

V. fol. 122. p. 2. absque Ti-  
tulo *Oratio Legatorum Regis Gal-  
liae ad Bobemos*, ut ad fidei uni-  
tatem redeant. Incipit: *Quan-  
quam in fidei causa catholicus quis-  
que et legitimus actor et monitor  
exaudibilis esse possit &c.* Et fi-  
nit: *Valete si consilijs obtempe-  
ratis non perituri.* Difficile est sta-  
tuere, quando et a quibus habita  
fit, cum praeter Scripturae tex-  
tus et monita generalia nihil con-  
tineat, neque in *Actis Constant.*  
aut *Basil.* aliisve *Rerum Hussiti-  
carum* Scriptoribus facile repe-  
riatur.

VI. fol. 124. p. 2. *Utrum li-  
citur sit in ecclesia pecuniam can-  
delam aut aliud huiusmodi offerri.*  
Quaestio haec in partem adfir-  
mantem decisa, et, ut videtur,  
*Nicolao de Dünkelspühl* tribuen-  
da, indicata est alibi, ut docet  
*Index*.

VII. fol. 126. *Tractatus asce-  
ticus* absque titulo, hoc initio:  
*Sex sunt quorum quolibet et me-  
lius ex omnibus simul construi pot-  
est fidei anime secura quedam via  
qua defensatur et sequestratur ab  
omni mundana delectatione et in-  
cursibus malarum temptationum  
&c.* Haec porro *Sex* sunt: Me-  
ditatio inferni, Coeli, Vitae et  
Mortis Christi, Mortis propriae,  
claustralis custodia et monastica  
disciplina, et demum Consideratio  
P p p 3 extre-

extremi Iudicii. Per decursum citatur *Thomas Aq. Scotus, Henr. de Hassia &c.*

VIII. fol. 133. *Traëtatus contra necessitatem utriusque speciei in Caena domini sine Autoris nomine. Initium est: Sunt nonnulli, qui quibusdam scripturis moti laycos communicant sub utraque specie sacramentali &c. Finis: quod ad salutem eque bene potest fieri per pauciora.*

IX. fol. 147. *Compendium Historiae Evangelicae hoc ingressu: Sciendum quod secundum Remigium et bernhardum et sanctum Augustinum Jesus natus est &c. Finit: regulariter ordinatum commemorat. Amen Et finitur Registrum hystoriarum ewangeliorum.*

X. fol. 148. p. 2. *Traëtatus catecheticus absque auctoris nomine, ad calcem dictus Lucerna Simplicium. Initium est: Pastoribus suis confratribus verus Ioseph deus aijt. Non videbitis faciem meam &c. Exponuntur vero Articuli Fidei, Oratio Dominica, cultus dierum festorum, qui Auctori praecipue sunt Feria VI. Sabbatum et Dominica, Decalogus, Peccata dicta Capitalia, Sacramenta, et variae Virtutum species.*

XI. fol. 166. p. 2. *Traëtatus magistri Henrici de Hassia, qui incipit: Tibi dabo claves regni caelorum Matth. XVI. Verbum hoc cuilibet dicitur confessori, qui absolvendi habet potestatem &c. Saepius indicatus. An idem sit cum eo, quem Fabricius Memmingae sub titulo de Eruditione Confessa-*

*riorum anno 1483. editum adfirmat, dicere non possum.*

XII. fol. 173. absque inscriptione *Traëtatus de Arte moriendi. Initium est: Cum de presentis exilij miseria mortis transitus propter moriendi impericium multis non solum laycis verum eciam religiosi atque deuotis difficilis nimis — videatur, Idcirco in presenti materia que de arte moriendi est &c. Dividitur autem in VI. Particulas, quarum 1<sup>ma</sup> de laude mortis et scientia bene moriendi extat, 2<sup>a</sup> temptationes morientium, 3<sup>a</sup> interrogationes, 4<sup>a</sup> quandam instructionem cum obsecrationibus, 5<sup>a</sup> exhortationes, 6<sup>a</sup> continet orationes dicendas super agonizantes. Ultima est nota illa: Proficiscere anima christiana &c. Et clausula: Et sic est finis huius operis de arte moriendi. Atque haec sufficiant ad Opusculum istud a pluribus aliis, quae hoc titulo feruntur, distinguendum. Recurrit.*

XIII. fol. 178. *Prefatio super septem psalmos penitentiales a domino petro de Aillaco (d'Ailly, Alliaco) Episcopo Cameracen. postmodum sancti Crisogoni presbitero Cardinali. Vera penitentia velud scala quedam est &c. Ex quibus verbis Meditationes has etiam Septem Gradus scalae Poenitentiae inscriptas invenias. Excusae sunt primum cum aliis magni Auctoris Traëtatibus Argentinæ 1490. f.*

XIV. fol. 190. p. 2. *De modo confitendi compositum per eximium doctorem Anthonium de butrio. Brevis haec Instructio, quae incipit:*

incipit: *Primo confessor dicat viro confitenti, quod removeat capucium sed mulieri non.* &c. non memoratur inter Opera Autoris, qui *Bononiae* in patria et *Ferrariae* Jus Canonicum magna fama docuit et obiit a. 1408.

*Flos nitet atque perit, sic homo pulvis erit.*

XVI. fol. 193. p. 2. *De Decimis primicijs et oblationibus.* Initium: *Decimarum solutionem et primiciarum* &c. Autor innotescit ex clausula: *Swadeo ergo cuilibet sacerdoti ut omni tempore decimas predicet et nunc pauperi Episcopo Aiacensi editori et collectori huius dicat Pater noster, qui compleuit Anno Domini M<sup>o</sup>.CCCC<sup>o</sup>.XXV<sup>o</sup>.* Episcopus is est *Andreas de Escobar* Hispanus primum *Megarensis*, dein *Civitatensis*, demum *Ajacensis* in *Corfica* Praeful, cujus Opera enumerat *Nic. Antonius Bibl. Vet. Hisp. T. II. p. 155.* Nostrum extat in *Tract. Tractat. T. XV. P. 2. fol. 142.* paullo aliter terminatum, nobisque scriptum dicitur: *at vestinanter per wahr. Glonspach Cappelanum illustris principis domini Henrici (divitis) ducis bauariae &c. et pastorem in pleintinghe Anno &c. 30<sup>o</sup>. dominica post natiuitatem marie.*

XVII. fol. 208. p. 2. Sine inscriptione *Sermo de Caritate* ad nescio quos *Reuerendos Patres* distributus in VI. *Considerationes*, quibus Dilectio Christianis, Clericis, Monachis, Praedicatoribus verbi Dei, Praelatis, Epi-

XV. fol. 192. *Opusculum Peccatorum.* Constat prolixo loco ex *Innocentii III. sive Lotharii Diac. Libello de Miseria humanae Conditionis* sub ipsa Typographiae primordia edito, et rudibus rhythmis, *de Morte*, quorum extremus:

scopis, beneficiorumque collatoribus commendatur. Textus praeuius est illud *Job. I. c. 3. Non diligamus verbo* &c. Initium: *Incipit ille seraphicus et ignite dilectionis plenus beatus Augustinus* &c.

XVIII. fol. 214. p. 2. *Expositio brevis: Quid representant nobis indumenta sacerdotalia in sacra missa.* Sequuntur et *Indumenta pontificalia.*

XIX. fol. 218. praecedente *Tabula Capp. 32. Incipit Summa minor Magistri Johannis de Bononia de confessione et multis alijs bonis.* Mutila est, sistitque in *Cap. 26. Caput I. sic orditur: Inprimis querat sacerdos confitentem. si sciat Pater noster. Ave maria. et Credo* &c. Excerptum videtur hoc Theologiae moralis Compendium ex majori *Poenitentiali*, quod Autor hic *Johannes de Deo Portugalensis*, ut ad calcem audit, et *Bononiae* Decretorum Doctor atque Canonicus a. 1247. septem libris complexus est. Ad *Oudinum T. III. col. 178.* et *Fabricium lit. D.* Ejus tamen in *Morum* materia iudicio non per omnia stare velis.